GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

ÉTUDES · IHS BIBLIOTHÈQUE

[illegible]


TV PATRV SPES, GLORIA PROPHETARV, APOSTOLORV PRÆCONIV, MARTYRV HONOR, SANCTORV
STVDIOSORV LVMEN.
INSIGNE DIVÆ MARIÆ OMNIVM SANCTORVM COLLEGIVM
CONSTITVTIONES
Statuta, et Iura fori,
Insignis, Veteris, Mexicani,
DIVÆ MARIÆ
Omnium Sanctorum
Sacri Collegij Maioris
EDITÆ
ab Illuſtriſſimo Domino Doctore Don
Franciſco Rodriguez Sanctos Mexicanenſis
Eccleſiæ Theſaurario, almæ Guadalaxarenſis
Epiſcopo, ipſius Collegij Patrono
ILLVSTRATÆ
Historicê, Politicê, Iuridicê.
â DON IOANNE DE OLIVAN
Rebolledo eiuſdem Collegij Togato, et Guada
laxarenſis Prætorij Senatore.
Vt luceat omnibus

S. ETUDES S. BIBLIOTHÈQUE IHS



CONSTITV-
TIONES

huius inſignis Collegij veteris
ac Maioris
DIVÆ MARIÆ
OMNIVM
SANCTORVM.

(*)

¶ SVPPERIORVM PERMISSV.

NOS DON IVAN DE MAÑOZCA ARÇOBISPO ELECTO DE LA SANTA YGLESIA CATHEDRAL METROPOLITANA DE ESTA CIVDAD DE MEXICO, GOVERNADOR DE SV ARÇOBISPADO, DEL CONSEJO DE SV MAGESTAD &c. MI SEÑOR. POR QVANTO EL LICENCIADO PEDRO GARCIA CORTES PRESBYTERO, RECTOR DEL COLLEGIO DE NVESTRA SEÑORA OMNIVM SANCTORVM, PRESENTO ANTE NOS LAS CONSTITVCIONES DEL DICHO COLLEGIO, Y ESTATVTOS NVEVAMENTE FECHOS, Y AVIENDOLOS VISTO, POR LA PRESENTE CONFIRMAMOS DICHAS CONSTITVCIONES, Y ESTATVTOS NVEVAMENTE AÑADIDOS Á ELLAS PARA QVE TODOS SE GVARDEN, Y CVMPLAN COMO EN ELLOS SE CONTIENEN. Y DAMOS LICENCIA Á QVALQVIER IMPRESSOR, PARA QVE LOS PVEDA IMPRIMIR. DADO EN LA CIVDAD DE MEXICO Á VEINTE Y VN DIAS DEL MES DE OCTVBRE DE MILL Y SEISCIENTOS Y QVARENTA Y QVATRO AÑOS.

El Licenciado Iuan de Mañozca.

Por mandado del Illuſtriſsimo Señor Arçobiſpo Electo mi ſeñor.

Franciſco Murillo Criales.
Secretario.



CONSTITVTIONES

HVIVS COLLEGII

DIVÆ MARIÆ OMNIVM SANCTORVM,

À

Sapientiſsimo Domino Licēciato D. FRANCISCO RODRIGVEZ SANCTOS, EXImię virtutis, ac morum integritate prędito, eiuſdemque Collegij illuſtriſsimo Patrono, necnon huius Mexicanenſis Eccleſię Theſaurario digniſsimo, Sanctę Inquiſitionis Officij Ordinario in lucem editę Anno à Natiuitate Domini milleſsimo, quingenteſsimo ſeptuageſsimo tertio.

A Probacion, y confirmació de las Cõſtituciones de eſte dicho Collegio hecha por el Ex. ſeñor D. Martin Henriquez Virrey q̃ fue de eſta Nueua Eſpaña cõ pareſcer del Doctor Farfan Aſſeſſor de ſu Ex. Y por el Illuſtriſsimo ſeñor D. Pedro Moya de Contreras, Electo Arçobiſpo de eſta Santa Igleſia de Mexico.

Vi eſtas Conſtituciones por mandado de el muy Excellente ſeñor Don Martin Henriquez, y me pareſce que ſu Ex. las puede confirmar, con que ſea ſin perjuyzio de la juriſdiccion Real, fecha en diez de Enero de mill y quinientos y ſetenta y quatro. *El Doctor Farfan.*

En la Ciudad de Mexico à doze dias de el mes de Enero de mill y quiniẽtos y ſetenta y quatro años. El muy Excellente ſeñor Don Martin Henriquez, Viſorey, Gouernador, y Capitan General por ſu Mageſtad en eſta Nueua Eſpaña, Preſidente de la Real Audiencia, que en ella reſide &c. Auiendo viſto las Conſtituciones hechas para el Collegio de omniũ Sanctorum, que en eſta Ciudad nueuamente ſe ha fundado por el Theſorero Santos, y la relacion dada por el Doctor Farfan Oydor de eſta Real Audiencia, que todo eſtà en treze fojas, y mas eſta plana. Su Ex. dixo, que ſin perjuyzio de la juriſdiccion Real aprobaua, y confirmaua, aprobò, y confirmò las dichas Conſtituciones, y ordenanças, las quales ſe guarden, y cumplan como en ellas ſe contiene con la dicha limitacion, y declaracion. *Don Martin Henriquez.* Por mandado de ſu Ex. *Iuan de Cueba.*

En la Ciudad de Mexico à diez y ſeis dias del mes de Enero de mill y quinientos y ſetenta y quatro años. El Illuſtriſsimo, y Reuerendiſsimo ſeñor Don Pedro Moya de Contreras, Electo Arçobiſpo de eſta Santa Igleſia, y Arçobiſpado de Mexico, y Adminiſtrador del, del Conſejo de ſu Mageſtad &c. mi ſeñor. Auiendo viſto las Conſtituciones del Collegio Diuę Marię omnium Sanctorũ retro eſcritas en treze fojas, dixo, que las aprobaua, y confirmaua, y que como tales ſe guarden, y cumplan como en ellas ſe contiene, para que el buen zelo, è intento del Fundador tenga el fruto, que de tan Santa obra ſe eſpera. Y lo firmò ſu Señoria Reuerendiſsima de ſu Nombre. *El Doctor Moya de Contreras.* Por mandado de ſu Señoria Reuerendiſsima. *Iuan de Aranda. Secretario.*

PRO-

PROLOGVS Conſtitutionum.

DOMINVS FRANCISCVS Rodriguez Sanctos huius Cathedralis Eccleſię Mexicanę Theſaurarius, Vniuerſis Collegis Collegij Diuę Marię Omnium Sanctorum. S. Cum luce clariùs compertum habeam nihil in rebus humanis diuturnum eſſe, aut diuti⁹ conſeruari poſſe, his profecto quibus ratio diuina prçeſt, quę procul dubio ſempiterna fore iudico libenter ſtudui: id tantum ęternum, & immortale futurum cenſens, quod à diuina gratia ſit profectum, ob idque prompto animo cogitationes, & actiones meas omnes in Deum Optimum Maximum, qui in cęptis meis ſpiret, refero. Cupiens igitur terrena fœlici commercio, in cœleſtia commutare, & pro huius vitę breuitate monumentum ęre perennius, quod nulla poſsit vetuſtate deleri, mihi in ęterna collocare gloria. Sœpe numero mihi verſatus ſum, quod quid tanto benefactori pro beneficijs, & honoribus, quibus ab eo in hoc ſęculo, honoratus ſum inter alia pręcipuum oblaturus eſſem. Cumque permulta egregia occurrerent, deque principatu inter ſe certarent, litterarum ſcientiam, & ſtudium bonarum artium, quo pręclariùs eſt nihil cęteris antepoſui, nihil enim ęquè memorabile, atque Deo Gratum, ſimileque fore exiſtimaui, quàm ipſi ſapientię, quę Deus eſt propriùs accedere, & in eo ipſo homines hominibus pręſtare, in quo homines cęteris hominibus pręſtamus. Id circo ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Beatiſsimę Virginis eius Matris, necnon, & omnium Sanctorum, communenque omnium vtilitatem, & eorum precipuè, qui licet ingenio pręditi, & bonarum artium ſtudioſi ſint, ob inopiam tamen, & tenues facultates litteris incumbere nequeunt, quoniam aut facile emergunt, quorum virtutibus obſtat res anguſta domi: iſtud meum Collegium, hoc eſt aſylum pauperum ſcholarium in hac vrbe Mexicana ex ſolo erexi, & ędificaui, & ſub inuo-

catione

catione Beatę Marię Omnium Sanctorum decoraui,quod cum iam penè abſolutum, Collegialibuſque, & alijs miniſtris habitatum cernam,non minus illud ad perpetuam eius conſeruationem diuinis, & humanis legibus, & ſtatutis muniendum putaui, quàm redditibus,libris, ędificijs, & alijs ornamentis muniuerim.Itaq; poſteritati proſpiciens,ne ipſum Collegium diuturnitate temporis corruat, ita enim natura comparatum, vt nihil vnquam èodem ſtatu permanſurum ſit, ſed illicò regreſſurum, quod non progrediatur, habita ab Excellenti Prorege. D. D. Martino Henriquez, & ab Illuſtriſsimo Electo Archiepiſcopo D. D. Petro Moia de Contreras ſpeciali facultate, qua pręcipue munitus ſum, Conſtitutiones inferius ſcriptas in ipſo noſtro Collegio per vos omnes pręſentes, & futuros ibidem tempore commorantes perpetuo teneri,& inuiolabiliter obſeruari decernimus, & ordinamus.

Suſcipiat ergo Vniuerſitas veſtra Amantiſsimi Collegæ has noſtras Conſtitutiones, eiſque in Collegio ad rationem vitę melioris componendam vtatur; quod ſi vti cupio, & ſpero ſponte amplectimini facile fiet, vt & apud immortalem Dominum voti mei honeſtiſsimi cõpos efficiar,& vos,veſtrique poſteri apud Deum, & homines non mediocrem fructum laborum veſtrorum conſequamini.

¶ DE

❡ DE NVMERO COLLEGIALIVM. CONSTITVTIO I.

STatuimus,& ordinamus quòd in dicto noſtro Collegio habitent decem ſtudentes, quorum ſex juri canonico, & ciuili, alij Theologię, & artibus dent operam admi nus vnus quiſque eorum in ſua facultate Bachalaurus, quorũ vnus ſit Presbiter, qui Miſſam in capella quotidie celebret, & rerum ſacrarum curam habeat; quod ſi opes Collegij creuerint, & numerus Collegialium creſcat iuxta facultates.

❡ EX QVA NATIONE FVTVRI SVNT COLLEGÆ. CONSTITVTIO II.

VOlumus, & ordinamus quod futuri ſtudentes in dicto noſtro Collegio, quamuis hìc ſint nati originem ducant ab Hiſpanis.

❡ QVI RECIPIENDI SINT IN COLLEGIO. CONSTITVTIO III.

ITEM cum meę intentionis ſit paupertati ſcholariũ conſulere, Volumus, & ordinamus quòd futuri ſcholares tanta paupertate afficiantur, quod de patrimonio, aut Eccleſiaſtico beneficio, aut ſimul de vtroque ſummã triginta ducatorum non excedant, & ita ante quàm aliquis in dicto noſtro Collegio admittatur juramentum pręſtet, ſe non habere in redditibus ex beneficio,ſeu patrimonio vel ex vtroque prędictam ſummam.

❡ DE ÆTATE COLLEGIALIVM, ET FAMILIARIORVM. CONSTITVTIO IIII.

ITem quia rebus ſerijs maturitas ętatis eſt requirenda, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſcholaris non agens vigeſimum annum completum, in Collegialem non recipiatur. Familiaris verò decimum

ſeptimum compleat annũ antequã in Collegiũ valeat admitti.

¶ QVOD COLLEGIALES INTRA QVARTVM NON SINT CONIVNCTI. CONSTITVTIO V.

ITem mandamus, & expreſſè prohibemus, quòd conſanguinei, aut aliqua affinitate coniuncti intra quartum gradum, in Collegiales ſimul admitti non poſſint.

¶ QVOD NVLLVS FAVORE ALICVIVS ADITVM HABERE POSSIT IN COLLEGIO. CONSTITVTIO VI.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus ſcholaris gratia, vel precibus, aut cuiuſpiam interceſſione, vel fauore, tàm Collegialium; quàm aliorum exterorum in ipſo Collegio ſit admittendus, ſed habita tantum ratione ad Deum, qui non eſt acceptor perſonarũ, quod ſi aliquis precibus, gratia, aut fauore in Collegium aditum habere contenderit, ipſo facto illa vice duntaxat ſit inhabilis ad dictum Collegium conſequendum, idem etiam in admittendis familiaribus dicti Collegij obſeruari volumus, & cenſemus, hoc inſuper prohibentes, quòd nullus Collegialium poſsit aliquem admittendorum certiorem efficere, quòd illi ad ſuum introitum, in collegium votum pręſtabit, aut denegabit, quod ſi ſecus fecerit à Collegio per annum priuetur.

¶ DE FORMA ELECTIONIS COLLEGIALIVM, ET IVRAMENTO SVPER EA PRÆSTANDO. CONSTITVTIO VII.

ITem Volumus, & ſtatuimus, quòd in primis, audita Miſſa Spiritus Sancti omnes Collegiales iuramentum preſtent ſe neminem niſi bonis moribus, & virtute pręditum, doctrinęque aptum, nullo alio habito reſpectu, vel affectu admiſſuros, quo ſic pręſtito omnes Collegę ſuffragia ſua in ſcriptis tradant ſecretè, quibus collectis ſi contigerit vota eligentium ad duos, vel plures extendi

tendi ille cui maior pars ſuffragata fuerit, ſit Collega, ſi paria fuerint ſuffragia Collega euadat ſorte emiſſus, & per Capellanum electus in vrna, eiectis nominibus eligendorum inglobulis cereis incluſis, quo caſu electus dicta ſorte non induatur veſtimento Collegij, niſi prius habita facultate, & diſpenſatione à Patrono. Cęterùm quia ex mutuo Collegarum colloquio nonnulla incommoda oriuntur electionibus, propter quod huiusmodi electiones indebitè, pręter ius, & ęquum celebrantur; nos volentes huiusmodi diſpendio obuiare pręſentis Conſtitutionis tenore, ſtatuimus, & ordinamus; quòd nullus Collegarum in electionibus tractandis, vel faciendis quempiam alium precibus, ſuburnationibus, vel alio quouis modo quæſito colore ad pręſtandum ſuffragium, ſeu votum alicui opponenti inducat, nec ſuper huiusmodi ſuffragio pręſtito, vel pręſtando Collegę, vel oppoſitori, aut cuicumque alteri perſonę votum ſuum aperiet, ſiue referet, quòd ſi quiſquam huic noſtrę conſtitutioni contrauenerit, ipſo facto tota portione Collegij cum veſtibus, & diſtributionibus per vnum annum priuatus exiſtat, ita quòd deinceps quidquid ex ipſo Collegio, vel prębenda perceperit reſtitutioni ſubiaceat, & inſuper volumus hanc noſtram Conſtitutionem ligare, & locum habere in foro conſcientię, & hanc noſtram conſtitutionem ad electionem Rectoris in dicto Collegio faciendam extendi volumus, & mandamus.

¶ QVOMODO, ET QVÆ IVRATVRI SVNT COLLEGÆ.

CONSTITVTIO VIII.

ITem mandamus, & ordinamus, quòd Collega in Collegio admiſſus iuramentum pręſtet, omnibus pręſentibus, quòd ſuo Rectori in omnibus licitis, & honeſtis parebit, honorem, cōmoda, libertatem, & pręeminentias Collegij tēpore, quo in eo permanſerit, & quoad vita ei comes fuerit pro viribus procurabit, ac defendet, & ſi quid ſibi iniunctum fuerit, aut demandatum minimè recuſabit; ſed ſiue Rector, ſiue Conſiliarius, ſiue Procurator electus fuerit, aut Orator, ſiue Nuntius quantum in eo fuerit exequuturus, Conſtitutiones noſtras prout in eis continetur obſeruaturus, nec alias his noſtris contrarias, vel derogatorias, aut harum

intentioni alienas procuraturus, nec abſolutionem, ſiue relaxationem huiuſmodi iuramenti petiturus, procuraturus, aut acceptaturus, quod quidem iuramentum in forma, vt præmiſſum eſt pręſtitum in communi prothocolo cum ſubſcriptione trium Collegarum inſcribatur, & in arca Collegij ad perpetuam rei memoriam reponatur.

❡ TEMPVS QVO COLLEGÆ COMMORATVRI SVNT IN COLLEGIO. CONSTITVTIO IX.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Collegæ prædicti in dicto noſtro Collegio ſeptem annos cōtinuos ab initio ſui ingreſſus computandos morentur, in quibus connumeretur tempus, quo abſentes fuerint ab ipſo Collegio, verùm ſi quiſpiam Collegarum pro negotijs Collegij expediendis quocùmque miſſus fuerit totum id tempus quo abſuerit non computetur in pręd ictis ſeptem annis; ſed tempus abſentię ſi incommodum Collegij vertatur non excedat extra annum, niſi fortaſſe in Romam, vel in Hiſpaniam pro negotio graui Collegij mittatur, & ne in hoc fraus, & dolus interuenire poſsit; volumus quòd tempus abſentię, & locus, quo Scholaris pro negotijs Collegij abſuerit, & cauſa quare id factum eſt nomine proprio Rectoris, pro tempore exiſtentis ſubſcribatur, aliter vero huiuſmodi abſentia pro non abſentia computetur, quo quidem tempore finito Collegæ in Nomine Domini à Collegio expediti cenſeantur, quorum loco alij vt pręmittitur, ſufficiantur, permittimus tamen quòd ſi Capellanus Collega ita probatę vitę, & integritate repertus fuerit, quòd maximę vtilitati, & decori Collegij futurus eſt liceat Rectori, & Collegis, vel maiori parti eorum cum ipſo Capellano diſpenſare, vt vltra tempus pręd ictorum ſeptem annorum tamdiu, quamdiu ei videbitur in Collegio poſsit morari, prouiſo quòd tempus aliorum quatuor annorum non excedat.

❡ DE VACATVRA PRÆBENDA. CONSTITVTIO X.

ITem quòd à tempore vacationis alicuius prębendę Rector intra

intra quinque dies denuntiet prębendam vacare, & in Scholis edictum prębendam vacantem declarans in ipſis ianuis affigat, & à tempore denuntiationis intra viginti dies volentes ſe ad talem prębendam opponant, & infra alios ſex fiat electio, prę-cedentibus ſaltem duobus tractatibus ſuper moribus, & alijs requirendis in noſtris conſtitutionibus, & lectione vnius horæ cum termino viginti & quatuor ordine Regalis vniuerſitatis in aſsignandis punctis in prouiſione primariarum cathedrarum vniuscuiusque facultatis ſeruato, & examine Collegarum rigoroſo ita quòd vacatio vltra menſem non extendatur, prę-ter quam ſi viſum fuerit omnibus Collegialibus, vel ſaltem duabus partibus eorum ternario numero diuidendis, ſuper quo conſcientias eorum oneramus, & ſi Rector fuerit negligens, quilibet Conſiliariorum, & illis negligentibus quilibet Collegialium, hoc ſucceſsiuè facere teneatur.

¶ QVI SEMEL FVIT COLLEGIALIS DENVO NON ADMITTATVR. CONSTITVTIO XI.

ITem decernimus, & expreſſè prohibemus, quòd qui ſemel Collegialis extiterit ad Collegium non admittatur denuo.

¶ QVOMODO TEMPVS PREBENDARVM CLAVDATVR. CONSTITVTIO XII.

PRæterea ſtatuimus, & ordinamus, quòd terminus prębendarum vacantium, nec claudi, nec finiri poſsit, niſi prius oppoſitorum informationes, ſeu inquiſitiones in Capella legantur, & de habilitate oppoſitorum diſcutiatur, taliter quòd declarentur qui ſunt habiles, quo cognito Collegiales poſsint ſua vota pręſtare pro concluſione, vel prorogatione prębendæ, & ſi aliter fieri contigerit, id pro nullo habeatur, & prębenda habeatur pro prorogata per alios viginti dies, & hoc obſeruari volumus quoties huius ſtatuti tenor fuerit prętermiſſus.

¶ DE VESTITV, ET HONESTATE COLLEGARVM. CONSTITVTIO XIII.

ITEM volentes veſtitui, & honeſtati Collegarum prouidere, ſtatuimus, & ordinamus, quòd vnicuique Collegarum panni burielis Mexici clamis longa annuatim pro arbitrio Rectoris tribuatur, & dicta clamis ſtricte iuxta Collarium applicetur fibulis quibuſdam, quę vulgaritèr Corchetes nuncupantur, quòd ſi ſecus fecerint; pœnam ad arbitrium Rectoris imponendam ſubire teneantur, quòd etiam ad familiares in dicta clauſura volumus extendi, pręcipimus etiam vnicuique eorum in inſignia panni Rubei coccinei menſurę vnius tertię, vt ſupra dari, mandamusque quòd in aliis indumentis honeſtè veſtiantur, nec ſerico, aut colore panni inhoneſto vtantur, nec calceis albis.

¶ QVOD NVLLVS COLLEGARVM FERAT VESTEM SERICAM. CONSTITVTIO XIIII.

ITEM ſtatuimus, quòd nullus Collegarum poſsit afferre intra Collegium toracem, vel alias veſtes ſericas, niſi per ſpatium vnius horę antequam diſcedat, vel poſt aduentum, niſi fortè redierit vna hora ante noctis tenebras, vel in diebus ſolemnibus à cōſtitutione permiſsis, vel quando Collega gradum ſuſcipit doctoratus.

¶ QVOD VNVS IN RECTOREM ELIGATVR. CONSTITVTIO XV.

VERVM quoniam vbi non eſt caput, nullus ordo, nec ſine gubernatore ſocietas conſiſtere poteſt. Volumus, & ſtatuimus, ex dictorum decem numero vnus Rector, & caput omnium exiſtat, & duo conſiliarij eligantur, quorum conſilio, induſtria, & diligentia Rector in adminiſtratione Collegij vtatur.

¶ DE FORMA ELECTIONIS RECTORIS, ET CONSILIARIORVM. CONSTITVTIO XVI.

ITem volumus, & mandamus, quòd in electione Rectoris, & Conſiliariorum ipſius Collegij tale tēperamentum adhibeatur, quòd Rector, & cęteri Collegę in Capella congregati, audita prius Miſſa Spiritus Sancti ad electionem procedentes ad ſancta Dei Euangelia præſtabunt iuramentum quòd omni gratia, odio, vel fauore, aut maleuolentia prętermiſsis ſufficientiores, & vtiliores regimini, & gubernationi Collegis cognouerint, vnum ſecretè eligent, cuius nomen ab omnibus Collegis, vel maiori parte electum in ſcriptis accipiatur, qui in Rectorem eligatur, ſeruato in huiuſmodi electione hoc ordine. Congregatis omnibus Collegis, cuilibet eorum dentur tot nomina ſcripta Collegarum, quot poſsint eſſe Rectores, aut Conſiliarij, prius tamen Capellanus dicta Miſſa aperiat Miſſale oculis auerſis, & digito ſignet vnum verbum in pagina aperta, quod verbum in omnibus nominibus eligendorum intergo nominis ſubſcribatur. Datis itaque cuilibet tot papyris, quot ſunt nomina eligendorum ſubſcriptis verbo Miſſalis, excepto nomine cuiuslibet qui propinatur, nequis audeat ſibi votum committere, ſecreto quilibet nomen Rectoris, aut Conſiliarij in vrnam mittat, & poſtquam omnium vota recepta fuerint Rector, & antiquior Conſiliarius anni pręcedentis coram omnibus Collegis aperiant vrnam, & videant vota, quę ſi omnia verbo ſubſcripta Miſſalis ſint, habetur electio recta, & firma, ſin minus aliquod nomen prędicto verbo caruerit tanquam fraudulenta dimittatur electio facta, & iterum de nouo fiat Hic etiam ordo in electione Conſiliariorum, & Collegarum ſeruabitur.

¶ DE TEMPORE ELECTIONIS RECTORIS, ET CONSILIARIORVM. CONSTITVTIO XVII.

ITem volumus, & ſtatuimus, quòd electio Rectoris, & Conſiliariorum fiat in die Omnium Sanctorum, ita quòd omnes Collegę, eo die ſint preſentes; aliàs qui tunc abſens fuerit veſte, & inſignijs Collegij eo anno careat, niſi de mandato Collegij abſens fuerit, vel graui infirmitate detentus, vel captura ſine culpa ſua.

❡ QVID IVRATVRI SVNT RECTOR, ET CONSILIARII, ET DE CONVENIENDIS CORAM RECTORE COLLEGII. CONSTITVTIO XVIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Rector, & Conſiliarij poſtquam electi, & recepti fuerint in pręſentia omnium Collegarum ad ſacra Dei Euangelia corporale pręſtent iuramentum, quòd rectè, & fidelitèr omnia iura, & commoda, ad ipſum Collegium pertinentia iuxta noſtras Conſtitutiones ſeruabunt, cuſtodient, & maxima cum diligentia gubernabunt. Forma autem iuramenti nominibus quatuor Collegarum ſit ſubſcripta, & in quodam regiſtro huiusmodi iuramẽtis deputato conſeruata, in quo regiſtro huiusmodi iuramenta annuatim deſcribantur. Volumus pręterea, quòd nullus ipſorum Collegarum audeat quempiam eorum conuenire, niſi coram Rectore dicti Collegij, à quo non liceat appellari, niſi ad ipſos Conſiliarios, quibus mandamus ſub pœna pręſtiti iuramenti, vt habita verbo tantum caſus relatione, ſine ſcriptis, omni poſtpoſita malitia, ſiue dilatione cauſam terminare ſtudeant, atque procurent, quòd ſi aliquis ipſorum Collegarum ex quacumque cauſa, quantumcunque legitima, vel rationabili ſecus fecerit, eo ipſo, & pœnam pręſtiti iuramenti incurrat, vel à Collegio priuatus exiſtat.

❡ QVOD RECTOR, ET CONSILIARII AD ANNVM TANTVM ELIGANTVR. CONSTITVTIO XIX.

ITem volumus, quod Rector, & Conſiliarij non poſſint, niſi ad annum tantum eligi, quo finito ipſe Rector vſque ad duos ſaltem annos in Rectorem, & ad vnum in Conſiliarium eligi non poſsit, Conſiliarij autem vſque ad annum ad officium Conſiliarij non eligantur. Volumus pręterea quòd vnus Conſiliariorum eiuſdem anni in Rectorem eligi poſsit. Qui vero Rector per quatuor menſes fuerit, anno ſequenti non poſsit inter reliquos Collegas in Rectorem eligi.

❡ SEMEL RECTOR INFRA BIDVVM, QVOMODO INTELLIGATVR. CONSTITVTIO XX.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Conſtitutio antecedens, quæ diſponit quòd Rector electus finito officio non poſsit iterum eligi, niſi duobus annis elapſis, ſi fuerit ſecundo anno Conſiliarius antiquior, poſsit per quindecim dies eſſe Vice Rector ſecundum Conſtitutionis tenorem.

❡ QVOD ABSENS POSSIT IN RECTOREM, ET CONSILIARIVM ELIGI. CONSTITVTIO XXI.

VOlumus etiam, & ordinamus, quòd ſi forte aliquis Collega abſens fuerit cum venia Rectoris, & Conſiliariorum eligi poſsit in Rectorem, vel Conſiliarium, ſi infra octo dies à die electionis computandos redierit, ſin autem huiuſmodi electio ſit nulla, ſequentiꝗ́ die alius eligatur, ſi vero pro negotijs Collegij abſens fuerit tanquam pręſens eligi poſsit, nec currat ſibi tempus pręfixum octo dierum, & donec redierit Vice Rector eius loco ſubſtituatur, quiquidem ſit antiquior Conſiliarius, quo abſente ſequens Conſiliarius ſubſtituatur, quo etiam abſente antiquior ſuccedat Collega, donec redierit electus Rector, quòd etiam de electione Conſiliariorum cenſeatur.

❡ QVOD NVLLVS COLLEGIALIVM VOTVM SVVM ALICVI COMMITTERE POSSIT. CONSTITVTIO XXII.

ITem ſtatuimus. Ne quiſquam Collegialium ſi tempore electionis abſens fuerit poſsit votum ſuum alteri committere, niſi tempore oppoſitionis iam elapſo.

❡ QVOD SI QVIS VLTIMO ANNO EXITVS, ELECTVS FVERIT IN RECTOREM, VEL CONSILIARIVM OFFICIVM EXERCEAT. CONSTITVTIO XXIII.

 Item

ITem volumus, & mandamus, quòd ſi contigerit Collegam anno vltimo ſui exitus à Collegio in Rectorem, ſiue Conſiliarium eligi in ipſo Collegio remaneat, vſq; ad finem anni, quo electus fuerit, etiā ſi parum temporis relictum eſſet, & in ipſo anno ſui officij finito, & ratione eius reddita à Collegio abſolutus exiſtat.

¶ QVOD FVTVRO RECTORI OMNIA DENTVR Á PRÆDECESSORE PER INVENTARIVM. CONSTITVTIO XXIIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Rector, à die ſuę creationis infra octo dies primo ſequentes, cum Conſiliarijs omnia bona Collegij à prędeceſſore relicta, ſcripta per inuentarium recipiat, quòd à nouis Rectore, & Conſiliarijs ſubſcriptum verum, & probatum in arca dicti Collegij perpetuo ſeruetur, prędeceſſor veroRector, & Conſiliarij rationem omnium expenſarum ordinarij, & extraordinarij, infra menſem nouis Rectori, & Conſiliarijs reddere teneatur, quòd ſi in dicto termino inuentarium facere neglexerint, moneantur, vt ſequenti triduo illud faciant, ſi vero prętermiſſo triduo illud facere cōtempſerint, ipſo facto abſq; vlla ſpe à Collegio ſint priuati, quam priuationem Collegiales ſub pœna pręſtiti iuramenti teneantur exequi, ſi vero rationes dictarum expenſarum infra dictum terminum, vt pręmittitur, non reddiderint per menſem à menſa Collegij abſq; aliqua remiſsione ſint priuati.

¶ QVOD RECTOR RATIONEM EXPENSARVM ACCEPTVRVS SIT. CONSTITVTIO XXV.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Rector totius impenſę ordinarię, vel extraordinarię in Collegio faciendę rationem in fine cuiuslibet ſeptimanę recipiant, vel vnus Conſiliarius, Rectore impedito, quod ſi non fecerit portione Dominicę ſequentis priuetur; & ſi hoc per diſpenſatorem extiterit quo minus fiat eandem pœnam incurrat, pręterea quod Rector ſimul, & Conſiliarij in fine cuiuslibet menſis à diſpēſatore, & extraordinario expenſarum

ordina-

ordinariarum, & extraordinariarum rationem accipiant, & à receptore de eo quod receperit in quolibet menſe.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Rector, & Conſiliarij, & cęteri Collegę ſimul cōgregati conſtituant Procuratorem extra Collegium, quem magis idoneum, & conducibiliorem Collegio cognouerint, qui Procurator ſub pœna priuationis officij, vel pecuniaria arbitrio Rectoris impoſita teneatur reddere Rectori, & Conſiliario pecuniam in eodem pondere, & menſura, & eàdem moneta quam à locatoribus reddituum acceperit, & dicti Rector, & Cōſiliarij in arca Collegij reponant.

❡ QVOD ANNVATIM FIAT MEMORIALE REDDITVVM. CONSTITVTIO XXVI.

ITem volumus, & mandamus, quòd factis, & conductis, ad firmam, vel ad annuam penſionem redditibus dicti Collegij memoriale omnium reddituum ſingulis annis in arca Collegij reponatur, cuius exemplum, in die Sancti Ioannis Baptiſtæ recipiat illud Viſitatori daturus ad faciendam viſitationem.

❡ DE CVSTODIA REDDITVVM. CONSTITVTIO XXVII.

ITem volumus, & mandamus, quòd ex reſiduo redditum Collegij, domus, & ędificia reparentur, libri ſi neceſſarij fuerint emantur, aliaque domui neceſſaria.

❡ DE ARCA COMMVNI. CONSTITVTIO XXVIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd in Capella Collegij collocetur quędam arca valida ad reponendum pecunias reddituum, & inſtrumenta dicti Collegij, cum tribus clauibus, quarū vnam Rector, & aliam quilibet Conſiliariorum, penes ſe habeant, & ſi inde quidquam ponendum fuerit in preſentia Rectoris, & Conſiliariorum fiat.

DE REPARATIONE COLLEGII, ET POSSESSIONVM. CONSTITVTIO XXIX.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Rector pro tempore exiſtens videat ea, quę reparatione edificiorum Collegij, & poſſeſsionum eius indigeant,& quando aliquid reparandum, vel de nouo ędificandum fuerit, vnus Collegarum per ſingulos annos eligatur, ita tamen, quòd ſi de nouo aliquid ędificandum, vel fabricandum fuerit, fiat de conſenſu Rectoris, & Conſiliariorum, vel maioris partis eorum, & non aliàs.

QVOD OMNES SEMEL IN MENSE CONVENIANT. CONSTIT. XXX.

VOlumus, & mandamus, quòd ſemel in menſe omnes Collegę cum Rectore,& Conſiliarijs in Capella Collegij, vel alio loco idoneo conueniant ad tractandum, cognoſcendumque de redditibus, poſſeſsionibus, & reparationibus bonorum,& ędificiorum dicti Collegij, ita vt omnes ſciant negotia,& bona Collegij,& eodem die Rector libros librarię requirat, & à puluere excuti faciat.

QVOD RECTOR À COLLEGIO NON DISCEDAT NISI PRIVS REDDITA RATIONE. CONSTITVTIO XXXI.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Rector tempore,quo officium fuerit admiſſus iuramentum pręſtet, ſe à Collegio minime receſſurum, niſi ratione expēſarum, & omnium bonorum acceptorum prius reddita, vel ſufficienti pręſtita cautione. Volumus pręterea fideiuſſorem Rectoris abſentis inſolidum teneri debitorem, principali non excuſo, quod ad ſimiles caſus in aliis fideiuſſoribus extendi volumus, & mandamus.

QVOD SI RECTOR ALIQVID INIVSTE MANDAVERIT, QVI MODVS SIT ADHIBENDVS. CONSTITVTIO XXXII.

Item

ITem volumus, & mandamus, quòd omnes Collegę ſuo Rectori in omnibus, quę eis, vel alicui eorum iniunxerit, pareant, nec onus, aut pœnam impoſitam quoquo modo recuſent, excepto ſi eos, vel quempiam eorum à Collegio eijcere, vel perpetuo, vel limitato tempore voluiſſet, aut à voto, vel alia graui pœna priuare, & non aliàs, tunc damus ipſis Collegialibus, & eorum cuilibet ad Conſiliarios recurſum, qui reintellecta ſi viderint Rectorem iniuſtè, & iniquè in aliquem proceſiſſe, ei denunciabunt, qui illico ſub pœna pręſtiti iuramenti illud teneatur reuocare, ſi tamen Conſiliarij, in hoc minime concordes fuerint factum Rectoris ſibi iniunctum nequaquam improbetur.

¶ POENA RECTORIS DELINQVENTIS. CONSTITVTIO XXXIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd ſi Rector in ſuo officio minus recte ſegeſſerit; quilibet Collegarum id ſentiens, illud Conſiliarijs manifeſtare teneatur, quod ſi eis viſum fuerit tale delictum correctione indigere, dent operam vt corrigatur, eum admonendo; Si autem emmendari noluerit acſerſitis omnibus Collegis, tale facinus in eorum conſultatione ponant, quod ſi omnes, vel maior pars, id expedire cognouerit, denuò prędictus Rector moneatur, vt infra conueniens tempus commiſſum diſoluere, & emendare, & damna reſtituere procuret; quod ſi facere noluerit ab officio priuetur, & alter eius loco ſufficiatur ſupradicto electionis ordine in aliquo non mutato, Conſiliarijs quoquè in ſuo officio, vt antea permanentibus.

¶ NEQVIS RECTOREM CONVICIO AFFICIAT. CONSTITVTIO XXXIIII.

ITem ſtatuimus, & prohibemus, nequis Collega, aut ſeruitor dicti Collegij, verbo inhoneſto, turpi, vel aliquo conuicio Rectorem ſuum afficiat, ſi quis vero in pręmiſsis deliquerit, in eum Rector pro arbitrio animaduertat, nec recurſus, aut appellatio ad Conſiliarios, ei tali caſu ſuffragari poſsit.

¶ POENA COLLEGÆ CONTRA MANDATVM RECTORIS PER VIM PORTIONEM AVFERENTIS. CONSTITVTIO XXXV.

ITem volumus, & ſtatuimus, quòd omnes Collegę Rectori obtemperent, pœnamque ab eo impoſitam ferant patienter. Siquis vero huiuſmodi pœnam, ſiue multam, aut priuationem menſę iuxta tenorem noſtrarum Conſtitutionum ſubire recuſauerit, videlicet per vim portionem Collegij arripiendo contra mandatum Rectoris, ipſo facto à Collegio priuatus exiſtat, quam priuationem Collegę exequi teneantur.

¶ QVOD NVLLꝰ PORTET ARMA. CONSTITVTIO XXXVI.

ITem volumus, & ordinamus, quòd nullus arma intra, vel extra Collegium portare pręſumat, non imputata venia Rectoris; & Conſiliariorum, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, excepto ſi extra oppidum quiſpiam Collega proficiſcatur, quod ſi aliter fecerit à portione Collegij duorum menſium priuatus exiſtat.

¶ POENA PERCVTIENTIS ALIVM. CONSTITVTIO XXXVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi inter Collegas, vel aliquos ex eis iurgia, contentiones, vel diſcordię contigerint, ita vt manus violentas inſe inuicem intulerint, tunc Rector veritate comperta, eum, qui in culpa fuerit, à Collegij portione per duos menſes priuabit, ſi autem vnus ligno, gladio vel lapide, alium cum effuſsione ſanguinis percuſſerit, talis percuſſor à Collegio priuatus exiſtat: ſi ambo ſe ſe percuſſerint, qui eorum in culpa fuerit eijciatur, ſi ambo peccauerint, pariter eijciantur, ſi vero quiſpiam gladium, aut enſem diſtrinxerit, nec vltra progreſſus fuerit portione menſis careat; quod ſi taliter diſcordantes ad pacem, vel amicitiam inuicem reddire noluerint, cogi poſſunt ad eam ineundam, & ſi ſe difficiles prębuerint, pro arbitrio Rectoris, & Conſiliariorum puniantur.

¶ QVOD

¶ QVOD HONORI ALTERIVS NON DETRAHATVR. CONSTITVTIO XXXVIII.

ITem ſtatuimus, & prohibemus, ne quispiam Collegarum intra, vel extra Collegium honori, famę, vel eſtimationi cuiuſpiam ſociorum detrahat, aliter faciens arbitrio Rectoris puniatur, ſuperquo eius conſcientiam oneramus, & ſi ſibi videatur poſsit ſuper hoc veritatem inquirere inter Collegas.

¶ QVOD NVLLꝰ HABEAT MVLIEREM. CONSTITVTIO XXXIX.

ITem volumus, & ordinamus, quòd ſi quispiam degentium in dicto Collegio repertus ſit aliquam concubinam, in oppido Mexicano, vel extra, publicè, vel occultè habere, ſi per indicia euidentia in tali crimine deprehenſus fuerit, à Collegio priuatus exiſtat, quod omnes Collegę ſub pœna preſtiti iuramenti illico exequi teneantur, Rectori autem huiuſmodi criminis inquiſitionem relinquimus, & etiam volumus, & expreſſè prohibemus, quòd nullus Collega mulierem cuiuſcumque conditionis ſit in cubiculum ſuum, ſine venia Rectoris intromittat, quod ſi ſecùs fecerit à portione vnius menſis priuetur pro prima vice, pro ſecunda vero augeatur pœna, pro tertia autem à Collegio priuetur.

¶ VISITATOR, ET MODꝰ VISITANDI. CONSTITVTIO XXXX.

ITem ſtatuimus, & ordinamus in viſitatorem dicti noſtri Collegij vnam dignitatem, vel canonicum huius Eccleſię Mexicanę, quem capitulum eligat, preſtito prius per eos intereſſe iuramento, quod omni poſt habito odio, gratia, amore, vel affectione, ſufficientiorem, & vtiliorem Collegio eligent, huic tamen iuramento duo Collegę noſtri Collegij preſentes exiſtant, qui quidem Viſitator pari forma iuramentum preſtabit,

quod perſonas, redditus, poſſeſsiones, ędificia, & bona Collegij viſitabit, expenſarum rationem exiget, & ſi quid correctione, reparatione, vel ſatisfactione indigère cognouerit, id prę ſenti Rectori inſcriptis traddet, qui ſimul, & conſiliarij, ea quę Viſitator circa prędicta iniunxerit; executioni mandabunt, dictus quoque Viſitator, cum primum officium ſuum exercuerit iuramento in Capella noſtri Collegij adſtringatur, quòd nullo modo, nec verbo, nec ſigno, nec aliquo indicio, quę in viſitatione ſciuerit manifeſtabit. Viſitatio autem fiat ſine tabellione, volumus etiam quòd huiuſmodi viſitatio fiat, poſtea quam Rector eſſe deſierit, exhibita ipſius per eum futuro Rectori, omnium ratione; & ſi forſam capitulum, vel electus ab eo ſemel monitum ſiue monitus eligere, vel viſitare neglexerit, Prouiſſor huiuſmodi viſitationem faciat, cui ſic electo Viſitatori, facultatem, & poteſtatem concedimus corrigendi, emmendandi, & mulſtandi intra Collegium perſonas Rectoris, Conſiliariorum, & Collegarum, ita tamen quod mulcta, ſiue pœna pecuniaria impoſita delinquentibus, nemini pręterquam Collegio applicari poſsit, quam quidem pœnam, ſiue mulctam corporalem, vel pecuniariam reliqui Collegę exequi teneantur, quòd ſi minus diligenter ſegeſſerint, aut rebelles fnerint in huiusmodi executione facienda à Viſitatore pręmoniti à Collegio priuati exiſtant, viſitatio autem à die omnium Sanctorum, vſque ad vltimum diem Nouembris celebretur quolibet anno. Volumus inſuper quòd huiuſmodi Viſitator pro ſuo ſalario ex redditibus Collegij decem pondera de tipuzque, quę vulgaritèr (diez peſos de tipuzque) dicuntur annuatim percipiet. Cęterum ſi quiſpiam eorum, quos ad huiuſmodi viſitationem faciendam nominamus, vt pręmittitur eam facere, & exequi renuerit, aut (quod Deus auertat) malignè in ea ſegeſſerit, & odio, vel gratia, ira, vel amicitia procedere viſus fuerit, ita vt ipſa viſitatio Collegio pernicioſa[illegible], potius quam vtilis, & conducibilis futura ſit, id quod omnibus Collegis, vel duabus partibus iuramento adactis manifeſtum fuerit, tum eis vnum pręsbyterum ſęcularem, quem Archiepiſcopus Mexicanus intra oppidum duxerit eligendum, vel aliunde pręſtito prius iuramento, vt ſupra in Viſitatorem cum antea dicto ſalario recipi permittimus, prouiſſo quod talis presbyter, vel ſęcularis ętatem annorum triginta excedat.

¶ DE

¶ DE POENA À VISITATORE IMPONENDA. CONSTITVTIO XXXXI.

ITem Viſitator, dum viſitationem fecerit ſi compertum habuerit Rectorem, & Conſiliarios minus bene ſegeſiſſe, neque adminiſtrationem Collegij, & bonorum eius, vt eos decebat, debitè exercuiſſe, mediante iuſtitia damna, & detrimenta Collegij, eum, qui in culpa fuerit reſarcire cogat.

¶ DE ELECTIONE VISITATORIS. CONSTITVTIO XXXXII.

PRęterea ſtatuimus, quòd Viſitator deputatus Collegio ab Eccleſia maiori, non poſsit eligi vno anno poſt alium, quia ex hoc multa incommoda oriebantur Collegio.

¶ DE SECRETO TENENDO. CONSTITVTIO XXXXIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd Rector, & Conſiliarij, cęterique Collegę iuramentum pręſtent quòd omnia ſecreta ad dictum Collegium pertinentia inter ſecreta tenebunt, & ſeruabunt, nec alicui pandent, etiam ſi ſit Collega, qui in tempore electionis abſuerit, quòd ſi ſecus fecerint periurij habeantur, & ſi reuelauerint ſecretum, & teſtibus fuerit conuictus pro arbitrio Rectoris, & Conſiliariorum à Collegio expellatur, vel alia quęuis pœna ei imponatur.

¶ DE BENEDICTIONE MENSÆ. CONSTITVTIO XLIIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd omnibus diebus, tàm in prandio, quàm in cœna per Sacerdotem, vel per Rectorem fiat benedictio menſæ.

¶ QVOD IN PRANDIO, ET IN COENA SEMPER LEGAT VNVS. CONSTITVTIO XLV.

ITem volumus, & ordinamus, quòd in refectorio; dum prandium fecerint vnus Collegarum per hebdomadas, provt ei ſorte venerit Bibliam recitet, in quibus Rectorem tamen excipimus, ordinamus preterea quod hæ noſtrę Conſtitutiones quater in anno legantur, in cœna à principio anni, & à Paſcha Reſurrectionis Dominicę; & à feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ; & à die Sancti Lucę cum diebus immediatè ſequentibus quoad finiantur in refectorio, omnibus diebus, Collegis iunctis.

❡ DE SILENTIO OBSERVANDO IN MENSA. CONSTITVTIO XLVI.

ITem volumus, & ordinamus ſub pœna à Rectore iniungenda, quòd in refectorio dum prandium, aut cœnam fecerint ſilentium ab omnibus obſeruetur, & oſtium ſub claue claudatur.

❡ DE SESSIONE COLLEGARVM. CONSTITVTIO XLVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd in ſeſsione Collegarum graduatus non graduato præferatur, & inter graduatos, qui maiori gradu inſignitus puta Licenciatus Baccalauro, in reliquis vero antiquior in Collegio, præter Rectorem, quem omnibus anteponendum cenſemus, declaramus inſuper, quod antiquior in Collegio ad parem gradum cum iuniore peruenerit, eidem licet prius graduato in omnibus præferatur.

❡ DE GRADVATO PRÆFERENDO ANTIQVIORI NON GRADVATO. CONSTITVTIO XLVIII.

INſuper ſtatuimus, quod quando contigerit quòd Collega iunior ingreſſu, fuerit præditus maiori gradu, præferatur Conſiliario, vel antiquiori Collegæ in ſeſsione, ſuffragio, & ſubſcriptione, & non in alijs.

¶ QVOD EXTERVS NON INVITETVR IN REFECTORIO CONSTITVTIO XLIX.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus exterus poſſit inuitari, vt prandeat in refectorio, niſi concors acceſſerit Collegarum conſenſus, id eſt maior pars capituli.

¶ QVOD PORTIO NON RESPVATVR, CONSTITVTIO L.

ITem ſtatuimus, quod ſi portio fuerit delata pro aliquo Collega nequeat ſine rationabili cauſa ipſam reſpuere, niſi prędixiſſet diſpenſatori minori, quod nolebat portionem pro illo die.

¶ QVOD OMNES LOQVANTVR LATINÈ. CONSTITVTIO LI.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes Collegiales, & familiares interſe in refectorio loquantur latinè, ſub pœna à Rectore imponenda.

¶ QVOD VNVSQVISQVE IN CAMERA SVA DORMIAT. CONSTITVTIO LII.

ITem mandamus, & ſtatuimus, quod vnusquisq; in camera ſibi ſignata dormiat noctu, nec in alterius camera quieſcere audeat, niſi valetudinis cauſa, ob quā viſitaturus, aut viſitandus ſit, vel venia Rectoris, & Conſiliariorum ex aliqua iuſta cauſa, & honeſta impetratà, ſuperquo conſcientias eorum oneramus, qui vero contrarium fecerit, pro prima vice à portione menſę per ſex dies priuetur, pro ſecunda duodecim dierum careat portione, pro tertia vero portione viginti & quatuor dierum omnino ſit priuatus, & ſic de inceps multiplicando.

¶ QVOD NVLLVS PRÆTER COLLEGIALES DORMIRE POSSIT IN COLLEGIO. CONSTITVTIO LIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ac prohibemus, ne quiſpiam præter Collegiales, & Collegij familiares in ipſo collegio dormire poſsit die, vel nocte, ſuperquo Rectori diſpenſandi omnimodam poteſtatem denegamus.

¶ QVOD NVLL9 COLLEGA NOCTV EXTRA COLLEGIVM DORMIAT. CONSTITVTIO. LIIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quod nullus Collegarum extra Collegium dormiat, niſi ex legitima cauſa, puta ęgritudinis, obtenta prius venia Rectoris, & conſiliariorum quod ſi quiſpiam contenderit ſecus, pro primo ignoſcatur; ſecundo vero pane, & aqua tranſire cogatur diem; pro tertio vero abſque venia prorſus à Collegio expellatur.

¶ SI COLLEGA POST CLAVSVM OSTIVM VENERIT, AN LICEAT OSTIVM APERIRE. CONSTITVTIO. LV.

ITem ſtatuimus, quod ſi quiſpiam Collega ab oppido, ſiue aliunde poſt clauſum collegij oſtium venerit, etiam ſi neceſsitate vrgente, acciderit, non liceat aperire, nec etiam in Ciuitate ea nocte manere, ſed habito itinerario ei dato extra Ciuitatem dormire cogatur; inquo caſu propter moram prędictam prima vice ignoſcatur; ſecunda portione vnius menſis priuetur, tertia vero à Collegio excludatur, ſi vero intra Ciuitatem dormire compertum ſit, prima vice à portione vnius menſis priuetur, ſecunda à Collegio priuetur.

¶ HORA RECEPTVS IN COLLEGIO. CONSTITVTIO LVI.

ITem volumus, & mandamus, quòd eo tempore quo in Maiori Eccleſia pulſatur, ad orationem faciendã Beatiſsimę Virginis Marię omnes Collegiales in Collegio maneant, quo etiam tẽpore campanã collegij pulſare mandamus, quod ſi aliquis eo tempore

extra

extra Collegium extiterit puniatur prout in Conſtitutione antecedenti habetur, quod ſi pulſator dicta hora officiũ ſuum non exercuerit arbitrio Rectoris puniatur : ſit autem pulſator hebdomadarius Lector.

¶ QVOD IANVA COLLEGII NON APERIATVR ANTE LVCEM. CONSTITVTIO LVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd ianua collegij nunquam aperiatur, antequam claritas diei appareat, niſi fortè aliquis collegarum iuſta, & rationabili cauſa compulſus aliud poſcat, tunc demum fiet impetrata venia à Rectore.

¶ QVOD EXTERVS NON INGREDIATVR DVRANTE CLAVSVRA. CONSTITVTIO LVIII.

INſuper ſtatuimus, & ordinamus quòd nullus exterum etiam ſi ſit Collega, vel Familiaris, vel portionarius poſsit aliquo modo intromittère in domum, ab ea hora qua pulſatum fuerit ad prandium, vſque ad ſecundam horam poſt meridiem, niſi Rector diſpenſauerit; quod ſi Familiaris, eum intromiſſerit acriter à Rectore puniatur, & idem fiat de ianitore, ſi eius in curia fuerit ingreſſus.

¶ QVOD CAMERÆ OMNIVM SEMPER PATEANT RECTORI. CONSTITVTIO LIX.

ITem ordinamus, & mandamus, quòd ſi Rector cameram cuius cumque Collegę adire velit confeſtim ſine dificultate, illi fores pateant, ita quòd Rector omnia, quę in camera ſunt poſsit reſpicere quod ſi aliquis Collega reſiſtere tentauerit, à collegio priuet.

¶ QVOD INFIRMO DENTVR NECESSARIA. CONSTITVTIO LX.

VOlumus, & ordinamus, quòd expenſis collegij miniſtrentur neceſſaria infirmo Collegę, vel Familiari, pro arbitrio Rectoris, & conſiliariorum, vel maioris partis eorum; ſuper quo conſcientias eorũ oneramus; ſi vero aliquem decedere contingerit: volumus medietatem expenſarum in eius infirmitate ſumptibus collegij factarum ex bonis defuncti, ſi habuerit vndè collegio ſolui debere, Pręcepimus inſuper quòd ſi quiſpiam in lecto infirmitate laborans triduo iacuit illico, illo lapſo omnia peccata ſua purè confiteri, & ſi grauis, & periculoſa fuerit infirmitas euchariſtiam, (niſi Sacerdos, id vetuerit ex aliqua cauſa ſibi confeſsione nota) in forma Eccleſię conſueta recipere debeat, alioquin à portione collegij donec id fecerit, ex tunc priuatus exiſtat, quę autem ſit grauis infirmitas ad perceptionem euchariſtię iudicio medicorum relinquatur.

¶ DE REPONENDA RE IN CAMERA RECTORIS. CONSTITVTIO LXI.

ITem ſtatuimus, quòd quandòcumque Collega aliquam cappam, vel balliſtam domus, vel quid ſimile ſecum tulerit, poſtquàm domum redierit infra vnum diem naturalem teneantur deponere in camera Rectoris, quòd ſi ſecus fecerit tandiu portione menſę careat, quamdiu cum effectu hoc adimpleat.

¶ DE MVRMVRE, ET STREPITV VITANDO, ET PVNIENDO. CONSTITVTIO LXII.

ITem volumus, & mandamus quòd nullus Collegarum cuiuſcumque conditionis ſit, ſtrepitum, aut murmur in refectorio, aut Culina faciat, etiam ſi ei integra portio non detur, poſtea tamen extra refectorium, & culinam ſuplex Rectori, & honeſtè conquęratur, ſi vero ſecus fecerit ſequenti die, ei panis, & aqua tantum pro cibo miniſtretur, ſi vero contentio, aut tumultus inter Collegas ortus fuerit, Rector quàm primum illũ placare ſtudeat, poſtea vero delinquens arbitrariè puniatur, & ſi ſe grauatum cenſerit ad conſiliarios recurrat; ſi autem inter Rectorem,

torem, & quempiam Collegarum quęſtio, vel contentio oriatur, ipſi conſiliarij ſub pœna ab eis iniuncta ſilentium imponant, ad quam tenendam, & obſeruandam, Rectorem, & alios arctari volumus, qui vero inobediens fuerit facta monitione, cibi, & potus Collegij per menſem careat, quod omnes Collegę ſub pœna pręſtiti iuramenti ſeruare, & exequi teneantur.

ITem ſtrepitum Collegij, & alia incommoda ex infra ſcriptis orientia vitare cupientes pręcipim⁹, & expreſsè prohibemus, ne quiſpiam Collegarum ſuam, aut cuiuſpiam alterius mulam, vel equum per diem, noctem ve intra Collegium, & eius clauſuram vltra horam teneat, vel includat, quod ſi ſecus fecerit, & ter monitus non deſtiterit inſignijs, & portione Collegij per annum careat, quod ſi denuo in eo deliquerit pari pœna puniatur, tertio vero à Collegio abſque vlla ſpe venię expellatur.

¶ DE LVDO ILLICITO VITANDO. CONSTITVTIO LXIII.

STatuimus inſuper quod nullus Collega in dicto noſtro Collegio ad aleas vel taxillos, quouis modo ludere pręſumat, quod ſi ſecus fecerit periurium incurrat, & à portione Collegij per mẽſem careat; permittimus tamen ſolatij, vel exercitij gratia alijs ludis honeſtis moderatè, ac congruis temporibus vti poſſe, pecuniario ludo ceſſante, ſuper quibus conſcientias Rectoris, & Conſiliariorum oneramus.

¶ DE COLLEGII LIBRIS NON EXTRAHENDIS. CONSTITVTIO LXIIII.

ITem volumus, & expreſsè prohibemus ſub pœna pręſtiti iuramenti, ne libri ipſius Collegij cuipiam in collegio, vel extra commodari poſsint ad transcribendum, vel ſtudendum, ne ve Collega librum ex blibiotheca ad ſcribendum in camera ſua accipiat. Siquis vero aliter fecerit, pro primo, & ſecundo ei ignoſcatur: tertio vero extra Collegium abire cogatur.

DE CVSTODIA ORNAMENTORVM. CONSTITVTIO LXV.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd penès Rectorem, & Conſiliarios maneant, & cuſtodiantur ornamenta Capellę Collegij pro feſtis ſolemnitèr celebrandis vtenda, vſui tamen quotidiano neceſſaria ſint penès Capellanum.

QVOD IN ABSENTIA RECTORIS ALIVS SVFFICIATVR. CONSTITVTIO LXVI.

Item volumus, & ordinamus, quod ſi Rectorem, vel quempiam conſiliariorum ex aliqua legitima cauſa, à Collegio abire contigerit, eius loco, ſeruato ordine, alius ante illius diſceſſum ſufficiatur, dummodo vltra quindecim dies facultatem acceperit, tunc antiquior conſiliarius ſubrogetur loco Rectoris, loco vero conſiliarij nullus.

IN ABSENTIA RECTORIS A QVO PETATVR VENIA ABSENTANDI. CONSTITVTIO LXVII.

Item ſtatuimus quòd quando aliquis collega, voluerit ſe abſentare extra oppidum Mexicanum, & Rector fuerit abſens, ita quod nõ poſsit petere veniam abeo poſsit eam petere ab antiquiori conſiliario, & ſi ille abfuerit à ſequenti in gradu, & ſic de vlterioribus, & ſi omnes conſiliarios abeſſe contigerit prędictam veniam concedat antiquior Collega, & illo abſente vlterior, & ſic de ſimilibus.

DE TEMPORE ABSENTIÆ. CONSTITVTIO LXVIII.

Item volumus, & mandamus, quòd ſiquiſpiam Collegialium voluptatis, vel exercitij gratia, ſe abſentare à dicto nrõ Collegio voluerit, liceat Rectori facultatem ab eundi per duos menſes tantũ, illi con-

concedere, quibus elapſis, ſi non redierit à Collegio priuatus exiſtat; ex iuſta tamen, & legitima cauſa, quā diſceſſurus verā, & neceſſariam ſe credere iurauerit, Rector, & Conſiliarij, vel maior eorum pars, per alios duos menſes, ei facultatem abeundi faciant, prouiſo quòd Collega, qui per prędictos quatuor menſes à Collegio ſemel abſens fuerit, ſequēti anno aliud quadrimeſtre, vel eius partem habere nequeat, niſi in Collegium per continuum ſemeſtre, à tempore finitę licentię computandum per manſerit; decernimus tamen vt qui quadrimeſtri vnius anni, potitus non fuerit anno ſequenti pręterito quadrimeſtri, vel eius parte gaudere non poſsit. verum ſi pręfixo tempore non redierit, à Collegio priuatus cenſeatur, prohibemus tamen ne eius loco quiſpiam ſufficiatur, nec eius prębenda vacare denuntiet, infra viginti dies, infra quos ſi cauſam morę neceſſariam, per ſe, vel per alium redierit, cum eo benignè, & humanè agatur, & in collegio ſine noua electione admittatur; ſi vero viginti diebus elapſis cauſam morę nō oſtenderit, nulla excuſatio ei ſuffragari valeat, ſed illico novus Collega eligatur.

¶ MENSES LICENTIÆ QVOMODO INTELLIGANTVR. CONSTITVTIO LXIX.

PReterea ſtatuimus quod menſes conceſsi per conſtitutionem, tàm pro abſentia neceſſaria, quàm voluntaria Collegis, computentur hoc modo, quòd primus menſis habeat triginta dies, & vnum; ſecundus triginta, & ſic de cęteris.

¶ QVOD MISSVS À COLLEGIO VICTV CONTENTETVR CONSTITVTIO LXX.

ITem volumus, & mandamus, quòd Collega miſſus ad negotia Collegij tranſigenda victu contentetur nullo alio ei premio pręſtito; volumus tamen neminem Collegam niſi pro re vera, certa, & exiſtenti mitti debere.

QVOMODO AMITTAT COLLEGIVM ABSENS. CONSTITVTIO LXXI.

ITem ſtatuimus quòd ſi alicui Collegę detur venia certi temporis dum tamen nō ſit tempus quatuor menſium, & vltima die non venerit, ſi tamen venerit ſequenti die ante ianuam clauſam nō amittat Collegium.

QVOD EXTRA COLLEGIVM NVLLVS EXEAT SOLVS. CONSTITVTIO. LXXII.

ITem volumus, & ordinamus quòd quando aliquis Collegarum per oppidum, ad aliqua negotia procuranda extra Collegium ſe contulerit, eat cū venia Rectoris, & ſit ei comes alius Collega.

QVOD DVO FAMILIARES ELIGANTVR. CONSTITVTIO LXXIII.

ITem volumus, & ordinamus, quòd vltra dictò decem Collegiales duo eligantur familiares, aut oppoſitione, aut Collegialium arbitrio.

CIRCA FAMILIARES. CONSTITVTIO LXXIIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd cum familiaris fuerit eligendꝰ, prębendam infra biduum à die vacationis per Rectorem denuntietur vacare cum certo dierum numero arbitrio Rectoris conſtituendo, ac etiam ſi viſum fuerit prorogando, infra quem volentes valeant ſe opponere, quo elapſo pręmiſſo tractatu in Capella dicti Collegij fiat electio ſecretè per ſchedulas, provt in alia Conſtitutione continetur.

QVOD FAMILIARES IVRENT RECTORI. CONSTITVTIO LXXV.

INſuper ſtatuimus quòd omnes familiares iurent de obediendo Rectori, & de ſecreto domus conſeruando, circa ea, quę viderint, aut audierint, aut quomodolibet ſciuerint, à Collegis fieri alioquin ſine ſpe venię expellantur à Collegio, pręſtent pręterea iuramentum, quod res domus cuſtodient fideliter, & ſi ab aliquo confamiliari aliqua ſciuerint donari, aut conſumari: teneantur inſinuare Rectori.

¶ DE LICENTIA ANNVA FAMILIARIVM. CONSTITVTIO LXXVI.

ITem ſtatuimus, quòd familiares poſsint habere quolibet anno duos menſes abſentię ſi Rectori viſum fuerit, ſibi fore neceſſarium, vel vtile, & ſi vltra prędictos duos menſes voluerint abeſſe: poſsint cum venia Rectoris, & Conſiliariorum, vrgente iuſtiſsima cauſa alium habere menſem.

¶ DE INSIGNITO SACRIS ORDINIBVS IN FAMILIAREM NON ELIGENDO. CONSTITVTIO LXXVII.

INſuper ſtatuimus quod nullus ſacro ordine inſignitus poſsit admitti ad familiariorum prębendā, quia indecorum eſt, quòd mancipatus diuino obſequio compellatur officijs domus ſeruire; & ſi iam familiaris conſtitutus ſacrum ordinem conſequtus eſt, poſtquam prouiſio illius anni ſit finita, denuo non poſsit ad dictum officium familiaris admitti.

¶ QVOD FAMILIARES AD SEX ANNOS POSSINT ELIGI. CONSTITVTIO LXXVIII.

ITem ſtatuimus, quòd familiares non poſsint eligi, niſi per ſex annos; niſi omnibus Collegis aliud viſum fuerit, ſi enim poſt ſex annos impletos omnes Collegę, nemine diſcrepante conveniant, viſa familiaris virtute: decernimus pro eo ſchedulas dari.

❡ QVOD OMNES COLLEGÆ ALIQVID POST OBITVM COLLEGIO TRIBVERE TENEANTVR. CONSTITVTIO LXXIX.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd omnes Collegę tres annos in noſtro Collegio commorantes iuramentum pręſtare teneantur, poſt eorum obitum aliquid Collegio ſuorum bonorum relicturos eſſe ſub pœna pręſtiti iuramenti,quod eorum conſcientijs relinquimus.

❡ RESERVAT QVIDQVID ADDENDVM, VEL MVTANDVM SIT IN CONSTITVTIONIBVS· CONSTITVTIO LXXX.

ITem quoniam ſecundum varietatem temporum, non nunquā ſtatuta variantur humana, volumus, & ſtatuimus, quod ſi quiſquā in his noſtris conſtitutionibus, dubij, aut interprętationis emerſerit aut addendum, mutandum, vel minuendum, ſeu à movendum fuerit, mihi dum vixero, & poſt meum obitum Collegis ipſis detur facultas mutandi,addendi, vel minuendi, aut interprętandi, Patrono confirmante.

LAVS DEO.

61

BA646.

12546